celesti · idem uirib; omnibus uideantur ee deser
ti; Cur enim relicta uirtute uitia sectantur
inscitia ne bonorum; sed quid eneruatius ig
norantiae caecitate; an sectanda nouerunt;
sed transuersos eos libido praecipitat; sic quoque
intemperantia fragiles qui obluctari uitio
nequeunt; an scientes uolentesque bonum.
deser. ad uitia deflectunt; sed hoc modo
non solum potentes ee. sed omnino ee desi
nunt; Nam qui commune omnium que sunt
finem relinquunt. pariter quoque ee desi
nunt; Quod quidem cuipiam mirum f. ui
deatur ut malos qui plures hominum sunt
eosdem non ee dicamus; sed ita sese res hab&;
nam qui mali sint eos malos ee non abnuo
sed eosdem ee pure atque simpliciter nego;
nam uti cadauer hominem mortuum dixe
ris simpliciter uero hominem appellare
non possis ita uitiosos malos quidem esse
consenserim sed ee absolute nequeam
confiteri; est enim quod ordine retinet ser
uatque naturam; Quod uero ab hac deficit ee
& iam quod in sua natura situm derelinquit;
sed possunt inquies mali; ne ego quidem
negauerim, sed haec eorum potentia non

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 3, fol. [1]r – Boethius, <i> Consolatio philosophiae</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-1lgp/7090/57974)